



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. IV. Quomodo puniantur furta de jure Canonico?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. III.

De penis furti jure civili statutis.

Pro diversitate furtorum, aut personarum de furtis reatum, variaz sunt de jure civili actiones, & pœnz, quas rectius apud Civilistas videre est.

§. IV.

Quomodo puniantur furta de iure Canonico?

Clerici in furto deprenti, aut convicti de eo infames fiunt, & depouuntur ab officio clericali, prout statuitur in *Can. Presbyter. 12. dist. 81.* & si depositus ob furtum incorrigibilis fuerit, excommunicari debet, & tandem si in contumacia perseveret, traditur puniendus sæculari potestati per exilium, aut aliam similem pœnam. Et quamvis ratiōe infamiaz, quam incurrit, promoveri non possit ad ordines, si tamen sponte fuit crimen confessus, & læso satisfecit, neque publicè de furto infamatus fuit, poterit post peractam pœnitentiam promoveri, si aliàs sit idoneus *arg. c. ult. de tempor. ordi. iuncl. Gloss. V. Promoveri.* aliz pœnz vix sunt in usu. Videatur de his pœnis. *Canonicis Bernardinus Biaz. in sua practica criminali Canonica.*

§. V.

De aliis diversis furtorum generibus, eorumque penis.

Inter furta numeratur etiam primò sacrilegium, quod est furtum rei sacre,

aufferendo scilicet rem sacram de loco sacro, vel de loco non sacro, vel non sacram aufferendo de loco sacro, si custodiã, aut securitatis causã in loco sacro res talis non sacra deposita sit. Pœna autem sacrilegii, præsertim si res sacra aufferatur, est extraordinaria, & arbitraria. De jure canonico autem imposita est pœna pecuniaria, *Can. quisquis 21. caus. 17. q. 4.* perpetua infamia, ut tradantur carceri, vel in exilium perpetuum relegentur, & nisi fecerint se correxerint, anathemate feriuntur, usque ad congruam satisfactionem.

Secundò numeratur inter furta, Plagium, quod aliud non est, quàm liberi hominis, qui sui juris est, abductio, animo celandi illum, & hinc qui taliter abductum, tanquam servum v.g. vendit, plagiarus dicitur. Pœna autem plagii olim de jure civili fuit pecuniaria, hodie est gravior, pro personarum tamen, quæ plagium committunt, qualitate augenda vel minuenda. De jure tamen Canonico videtur talium pœna excommunicatio, vel alia, citra mortem tamen, juris pœna.

Tertiò numeratur inter furta peculatus, qui nihil aliud est, quàm furtum pecuniæ publicæ, ita ut nomine pecuniæ intelligantur res omnes ad ærarium Reipublicæ, aut fiscum Principis, aut ad Ecclesiam pertinentes. Pœna huius criminis de jure civili est arbitraria, usque ad ultimum supplicium. De jure canonico autem pœna huius criminis est, si à Clerico committatur, excommunicatio, aut depositio.

Quartò numeratur inter furta etiam abigeatus, ita ut qui pecora ex armentis, fœcis,